

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Spes proxima. Emblema XLIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Spes proxima.

EMBLEMA XLIII.



INNUMERIS agitur Respublica nostra procellis,
 Et spes ventura sola salutis adest:
 Non secus ac navis medio circum aequore, venti
 Quam rapiunt, salsis iamque fatiscit aquis.
 Quod si Helena adueniant, lucentia sidera, fratres,
 Amisos animos spes bona restituit.

COMMENTARI II.

IN AVIS in medio mari ventorum turbinibus, & fluctuum procellis agitata, velis vndiq; expãsis periclitari videtur, cui duæ stellæ, quæ Dioscuri appellantur, supernè immiuent, spem bonam tranquillitatis allaturæ.

II Si quid nostræ coniecturæ dandum, suspicamus id ab Alciato scriptum fuisse, quò tempore ad Nicenum colloquium, magna omnium spe & voris expectabantur

Reip. Christianæ Principes potentissimi, Carolus Quintus Imperator, & Franciscus I. Galliarum Rex: quò loci nonnulli in certam spem veniebant, sedus aliquod firmum & stabile, pacemq; inter eos compositum tandem aliquando & fanciamiri: vt eo transactio negotiorum rixarum omnium & contentionum, tum deniq; salutarum opinionum in religione Christiana tam longè lateque grassantium omnis occasus tolleretur,

Comparatio Reipublicae cum nauis agitata.

*Castor & Pollux
qd allegorice.*

tolleretur, aut certe magna parte lues ista sanaretur. Comparat ergo Christianam Rempublicam cum nauis ventis & fluctibus hinc & illinc agitata, sic ut parum abfit, quin infans & furentibus aquis obruatur, omniumq; spes penitus cadat, nisi tam crasse caligini & tempestati Deus Opt. Max. aliquid lucis immiserit, quod bonorum virtutum, totiusq; populi consternati animi recreentur. Sunt verò qui hic per Castorè & Pollucem intelligi velint Summum Pontific. & Imperatorem, à quibus vnanimi voto ad metam eandem collimantibus bellorum cessatio, turbationumque optata fuit quies. De eo regum contentu, quem iam attingimus, extat Epigramma Iani Lascaris, quod sic habet:

*Num Martis castra, an Veneris tentoria
fulgent*

*Argento atq; auro i ast. are micant pceres.
Et Marti gratia & Veneri, Venus aurea:
ferunt*

*Mars amat: in precio est tpe quodq; suo.
Litora ad Oceani summi cū eduge uterq;
Conueniunt Reges. Regia tecta vides:
Conueniant alasque ad publica commoda;
Turca*

*Europa excedent sinibus atq; Asia.
Eximij Heroum, Leda ut sidera nauita,
Vos seruatorum terra fretumq; colit.*

III. *INNVMERIS agitatur* Reipublicae status pluribus interturbatur afflictionibus. *Et spes &c.*] Sola spes est, quae foueat miseris modis oppressos. Hinc interrogatus Diogenes, quidnam in vita esset extremam? Spes, dixit.

Non secus ac nauis. &c.] Reipublicam nauis comparari ab auctoribus, notius est quam vt multis probetur; quosdam locos tamen attulisse non erit abs re: M. Tullius Epist. ad Cornificium 12. lib. rectè nauis nomine Reip. designauit. Conscende, inquit, nobiscum, & quidem ad puppim. Vna nauis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, vt rectam teneamus, vtinam prospero cursu. Idem in Pisonem nō sine gratia vsus est eadem allegoria: Non tam sui timidus, vt qui in maximis turbibus ac fluctibus Reipub. nauem gubernasset, saluamq; in portu collocasset, frontis tuę nubeculam pertimescerem. Alios ego vidi ventos, &c. Et pro Sextio eandem translationem mirè variat: Si mihi in aliqua nauē cum meis amicis

nauiganti hoc accidisset, vt multi ex multis locis praedones classibus eam nauem se oppressuros minitarentur, nisi me vnum sibi dedissent, &c. Cū verò in hanc Reipubl. nauem ereptis senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum, armatae tot classes, nisi ego vnus deditus essem, incursum viderentur, depugnarem potius cum summo, non dicam exitio, sed periculo certe vestro, quàm non id vnus pro omnibus susciperem. Horat. 1. Carmin. eodem sensu & schemate:

*O nauis, referent in mare te noni
Fluctus, &c.*

Præter Stobæi locum cap. 44. & aliorum quendam è Plutarchi Bruto, quibus Reipublicam nauis comparant, succurrunt duo alij è Panegyricis Maximiano dictis. Prior is est Pacati: Statim igitur præcipitauerunt Reipub. refranasti, & gubernacula fluitantia recepisti: omnibus spes salutis illuxit, posuere venti, fugere nubes, fluctus refederunt: & sicubi adhuc in longinquoibus terris aliqua obuersatur obscuritas, aut residuus vndarum pulsus innummurrat, necesse est tamen ante tuos natus dilucescat, & fileat. Alter verò est Mameitini: Neque, inquit, etiam Reipubl. nauem secundus à puppi flatus impleret, salutarem manum gubernaculis addidisti, &c. Alia enim longiora sunt, quàm vt huc transferri commodè possint. De nauis quadam Pierius doctè collegit libro 47. quae hic commemorare nihil attinet.

Circum] Circum, hic aduerbij naturam induit, vnde & suo casu priuatur.

Fatiscit.] Deficit, & penè obruitur vt tempestatibus & fluctuum. Virg. 1. Aeneid. *Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt.*

Vbi Sernius sic inquit: Fatiscunt, abundanter aperuntur: fatim enim abundanter dicimus, vnde affatim; id est, affatim hinc.

Quod si Helena adueniant &c.] *πρωτογενής* est geminorum, qui Castor & Pollux à Poetis dicuntur, & Iouis ex Leda filij. Jupiter, n. in cygni formam versus Iedam compressit, quae peperit duo oua, è quorum altero gemini nati sunt, Castor & Pollux: ex altero verò Helena. Quae fabula ex dictione *πρωτογενής* nata est, vt ait Athenaeus lib. 2. cap. 17. in Dipnosoph. qui asserit *δ' οὐ*, id est, *ouum*, idem apud veteres

Castor & Pollux.

res quod ὑπερσπον significasse, id est, *superio-
rem thalamum, cenaculum, vel cubicu-
lum*, quale tribuit Homerus Penelopæ,
Odysl. 1. Atq; ideo nati ex ovis, quia in
superiore parte domus fuerint nati. Hi v-
bi adoleuissent, mare piratis liberarunt, ea-
que de causa propitij nautis olim crede-
bantur. Ferunt, si horum alter appareat,
tempestatem portendere, si ambo, serenita-
tem. De his sic Plinius lib. 2. c. 37. Vidi no-

Plinius.

cturnis militum vigilijs in hære pilis pro-
vallo fulgorem effigie ea, & antennæ nauig-
antium, alijsq; nauium partibus, ceu vo-
cali quodam sono insistant, ut volucres se-
dem ex sede mutantes: graues cum solita-
riæ venere, mergentesque nauigia: & si in
earinæ ima deciderint, exuientes: geminæ
autem salutare, & prosperi curius præ-
nunciæ, quarum aduentu fugam ditam il-
lam ac minacem, appellatamq; Helenam
ferunt. Et ob id Polluci & Castori id nu-
men assignant, eosque in mari Deos inuo-
cant. Hominum quoq; capita vespertinis
horis magno prælagio circumfulgent. Om-
nia incerta ratione, & in naturæ maiestate
abdita. Hæc Plinius. Seneca Natural.

Seneca.

Quæst. lib. 1. sic: Argumentum tempestatæ
nautæ putant, cum multæ transuolant stel-
læ: quod si signum ventorum est, tibi venti
sunt, id est in aere, qui medius inter Lunâ
& terram est. In magna tempestate appa-
rent quasi stellæ velo insidentes, adiuuati
se tunc periclitantes existimant Pollucis
& Castoris numine. Causa autem melioris
spei est, quod iam apparet frangi tempe-
statem, & desinere ventos. Sic ille. Solet &
hoc nostro tempore id splendoris siue lu-
minis nautis apparere inter procellas &
tempestatæ: quo viso bene sperare incipiunt
nautæ, idq; vel D. Nicolai, vel S. Therini,
siue D. Hermiæ numini tribuunt. Sed (ab-
que Sanctorum iniuria, & bona piorum nau-
tarum pace dixerim) res est naturalis, ut
communis Philosophorum consensus pro-
didit. Nam hic ignis fit in infima aeris re-
gione ex fumo pinguiore, qui frigiditate
aeris nocturni cogitur atq; densatur. Incē-
ditur autem ex concursu duarum contra-
riarum qualitarum, quæ inter se pugnant
Vapor enim calidus est, & aer nocturnus
frigidus. Concitantur autem tantisper,
donec hac agitatione vapor incendatur. Fi-
gitur autem pilis, aut antennis nauium,
propter suam grauitatem, vbi tantisper hæ-

Castoris
& Pollu-
ci causa
Physica.

ret, donec incendij materia fuerit absum-
pta De Castore & Polluce vide Plutarch.
2. Decretorum Philosophicæ. cap. 18. Dio-
dor. Siculum lib. 5. sub finem cap. 5. La-
ctant. lib. 2. cap. 2. Val. Maximum lib. 1. c.
8. Theocrite. eidyll. 27. Pindarum Nemeo-
rum ode 10. Senecam in Herc. Furent.
Nat. Comit. Mythol. lib. 8. c. 9. Vide quoq;
Homerum & eius interprete lib. Iliados
3. in illo versu:

Κάσopa θ' ἰππόδαμον, ἔπειθ' ἀγαθὸν
πυλοδύναα.

Horatius 1. Carmin.

Dicam & Alcidem, puerosq; Leda,
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem quorum simul alba nautis
Stella resulsit.

Destruit saxis agitata humor,
Concidunt venti, surguntq; nubes,
Et minax (sic Dii voluere) ponto
Vnda recumbit.

Lucentia sidera] Ita Horatius 1. Carm.
Sic te diua potens Cypri.

Sic fratres Helena lucida sidera.
Intelligit Castorem & Pollucem geminos,
qui alias Dioscuri dicuntur, id est, Iouis Dioscuri
filij. Horum fabulam eleganter narrat O-
uidius in fine 5. Fastor. his verbis:

Abstulerat raptas Phœben, Phœbeiq; soror & Fabula
Tyndarida fratres, hic eques, ille pugil. Dioscuri
Bella parant, repetuntq; suas & fratres, & tum.
Idas.

Leucippo fieri pactus uterq; gener.
His amor ut reperant, illis ut reddere nolint
Sundet, & ex causa pugnat uterq; pari.
Effugere Oebaliada cursu potuere sequentes,
Sed visum celeri vincere turpe fuga.
Liber ab arboribus locus est, apta arca pu-
gna;

Constiterant illo nomina fida loco.
Pectora traiecit Lynceo Castor ab ense,
Non expectato vulnere pressit humum.
Vltor adest Pollux, & Lyncea pforat hasta,
Quæ cernix humeros continuata coit.
Ibat in hunc Idas, vixq; est Iouis igne re-
pulsus.

Telæ tamè dextra fulmine raptæ negat,
Iamq; tibi Pollux cælum sublime patebat:
Cum, Mea, dixisti, percipio verba, Pater.
Quod mihi das vni, cælum partire duobus:
Vimidium toto munere maius erit.
Dixit, & alterna fratrem statione recepit:
Vtile sollicitæ fidus utrumq; rati.
Sed obiter memini legere me apud Festum,
stellam

Stella qd stellam significare latum ac prosperum, idq; x Atcio Capitone, auctoritatem secuto Seruillii auguris. Lucem etiam seu lumen, id est p̄as, pro spe accipi sollempne, fuit, vt apud M. Tull. 1. Philippica: Lux quædam videbatur oblata, &c. Euripid. item, p̄as ἢ nei ἢ ποῖς κακῶς lux venit meis malis. Nam & Varro de lingua Latina 2. testatur, lumē pro fausto omine veteribus fuisse. Ex quo illud Virgiliti:

*----- Subitoq; fragore
Intonuit læuū, & de cælo lapsa p̄ vmbra
Stella facē ducēs multa cum luce ecurrit.*

Sidera] Sidus Latinum vocabulum est, ideo per 1. & non per y. scribendum, vt faciunt imperiti: sic etiam Cōsiderare, Desiderare. Est autem sidus conglobatio multarum stellarum, quod aliqui constellationem dicunt, vt Taurus, Orion. Quamuis aliquando sidus pro stella ponatur, contra Macrobij præceptum.

IV. Allegoria NON est alienus animus ab illa allegoria, quam supra tetigimus, vt scilicet per

nauem procellis agitatum Respublica intelligatur, per lucida sidera Summus Pontifex, & Christianissimus Imperator, fratres nempe formosissimæ Helenæ, Ecclesiæ Catholicæ, qua nihil speciosius: hi etenim in flagrati turbine Reipub. Christianæ spem nobis addunt non modicam. Est autem nobis in aduersis amplexanda spes proxima & firmissima, quæ nec fallit, nec frustratur vnquam; de qua Plal. 9. Sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te Domine. De hac clamat Ecclesiast. 2. Respice filij nationes hominum, & scitote, quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim inuocauit eum in die tribulationis, & despexit illum? Hanc vas electionis ad Roman. 5. inculcat: Gloriamur, inquit, in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem; spes autem non confundit.

*Castoris
& Pollucis.*

Spes.

In Simulacrum Spei.
EMBLEMA XLIV.



P 2 DIA-